

dum consuetudinem commissa fuerit. Si vero simonia ipsa per pactum sive contractum commissa sit, ¹⁰ tunc dictus' prior 'tantum absolvat'. Item quod 'ipsi confessores' habeant 'eciam dispensare super irregularitate generaliter contracta absque declaracione particulari seu speciali, et cum illis, qui non in contemptum <clavium> se immiscuerunt divinis'. Cum 'illis autem, qui scienter post latam in eos ex-communicacionis sentenciam, in quam incidisse declarati fuerunt, se divinis immiscuerunt', nequam dispensem, sed tales 'ad' ipsum reverendissimum dominum legatum 'remittant'. ¹⁵

Confessores hanc formam absolvendi habeant.³⁾ Auctoritate (*usw. wie Nr. 1007 (a), jedoch Z. 4 statt* cum plenaria remissione: etc.).

'Et dicatur semper, quod plenariam indulgenciam peractis illis, que in cedula indulgenciarum' continentur, 'consequentur', et 'non alias'.⁴⁾

In absolucione 'symoniacorum in beneficio sic procedatur': Per priorem in Bodeken 'primo fiat ²⁰ composicio super fructibus male perceptis, et ille pecunie ad partem pro camera apostolica reser- tur. Deinde recipiatur resignacio beneficii per symoniā adepti. Post hec symoniās absolvatur, iniuncta bona penitencia habilitetur', demum 'secum dispensando et de novo sibi beneficium confe- ratur'.

N. cardinalis legatus manu propria. ²⁵

² nach deputati getilgt aliqui ex eis sufficient: sufficient reservati sedi apostolice ¹³ <clavium>
s.u. Nr. 2336 Z. 29 ¹⁸ nach plenariam getilgt remissionem.

¹⁾ Die Datierung im Anschluß an Nr. 1599.

²⁾ In unmittelbarer Folge auf die Kopie von Nr. 1599.

³⁾ Vgl. hierzu oben Nr. 1007.

⁴⁾ Valbert notiert hierzu: De hac cedula vide infra fo. ccc^oxii^o (= f. 402) 'Venerabiles' etc. (= Nr. 1586).

<um 1451 August 4 / 10 ?>¹⁾

Nr. 1601

NvK. Beratung für den Konvent von Böddeken zu einigen Rechtsfragen, die sich bei der Rekul-
tivierung wüstgegangener Äcker über Zehnte, Zinsen und Nutzungsrechte ergeben haben.

Kop. (Mitte 15. Jh., von der Hand des Böddekeren Augustiner-Chorherren Johannes Valbert): PADER-
BORN, Archiv des Erzbistums, Hs. 44 (Böddeker Kopiar) f. 377^v-378^r. Zur Hs. s.o. Nr. 1327.

Erw.: Schmitz-Kallenberg, Inventare der nichtstaatlichen Archive des Kreises Büren 114; Heutger, Stift
Möllenbeck 59.

Das Gutachten legt Zeugnis ab für die freundschaftlichen Beziehungen, die sich zwischen NvK und dem Kon-
vent von Böddeken entwickelt hatten und wie sie z.B. in Nr. 1568, 1586, 1599 und 1600 (s. auch Nr.
2336 Anm. 3) zum Ausdruck kommen. Der heutige Codex LONDON, Brit. Lib., Add. 18007, enthält f.
169^r-174^v eine Abschrift von De sapientia aus der Feder des Böddekeren Subpriors Hermann Nygenborch (s.
Segin, Böddeker Chorberrn 242) von 1465; b²V, XX-XXII; Hallauer, Cusana 51f. Die Bekanntheit
könnte auf die Reformtätigkeit des Böddekeren Priors Arnold Huls in Niederwerth bei Koblenz (Schatten,
Kloster Böddeken 37-39) zurückgehen; b²V, XXI. Vgl. auch Anm. 1.

Der Text ist in der Hs. so angeordnet, daß unter der Überschrift Casus de agris desolatis f. 377^v acht
Fragen formuliert sind, denen die entsprechenden Antworten des NvK unter der Überschrift Quid iuris super
casu pretacto collectum per manum Nicolai de Cusa iam cardinalis tituli sancti Petri ad vincula mis-
sum nobis pro informacione f. 378^r gegenüberstehen. Bei unserer Textwiedergabe werden der besseren Über-
sichtlichkeit halber die einzelnen Antworten den jeweiligen Fragen jedoch unmittelbar folgend beigefügt. Zur
wirtschaftsgeschichtlichen Situation, in der das Stück entstand, s. H. Rüthing, Zur Wirtschaftsgeschichte des
Klosters Böddeken vom 14. bis zum 16. Jahrhundert, in: Westfäl. Zs. 128 (1978) 229-287.

¹⁾ Unsere Datierung geht von den intensiven Kontakten des Böddekeren Konvents mit NvK gerade in diesen Tagen aus; doch könnte die Bezeichnung des NvK als iam cardinalis in der Überschrift f. 378^r auch auf eine frühere Abfassungszeit unmittelbar nach der Kardinalserhebung hindeuten.

Quidam religiosi de observancia habent quosdam agros ad eorum monasterium pertinentes, qui per negligenciam quorundam, qui eosdem agros nomine pensionis longo tempore a dicto monasterio habuerunt, spinis et silvis supercrescentibus ad incultam terram redacti fuerunt. Iam idem religiosi antedictos agros propriis manibus et sumptibus purgaverunt, araverunt et seminarunt. Queritur igitur, an de huiusmodi teneantur decimam dare, maxime cum in parrochia monasterio eorum annexa, in qua dicti agri situati sunt, non est aliquis vivens quamquam senex, cui constet, quod huiusmodi agri ante prefatam purgacionem unquam sine spinis et lignis supercrescentibus vacui fuerint.

Iuxta c. 'Ex parte' prius De decimis²⁾ iuncto c. 'Quid per novale' De verborum significacionibus³⁾ non tenentur ad decimam secundum doctores.

- 10 Item ex quo decimarii iam annis quatuor proxime lapsis de ipsis agris contra voluntatem et consensum prefatorum religiosorum, qui eosdem purgarunt et seminarunt, decimam collegunt, queritur igitur, an propter hoc dicti decimarii sufficientem possessionem probare possint, ita quod ulterius de iure possint agros illos decimare.

Quia ius concedit religiosis, quod de illis novalibus non dent decimas, contra hoc 15 ius non possunt se possessores iuvare prescripcione quadriennii.

In casu quo religiosi de huiusmodi agris decimam dare non tenentur, quomodo obviare debeant, quod huiusmodi agri decetero non decimentur?

Vocando ad superiorem eos, qui sibi decimam pretendunt deberi, quasi indebitum per quatuor annos extorserint illud repetendo. Si opponant illi sibi decimam deberi, 20 allegatur: Non de illis novalibus, iuxta capitula allegata. Et de iure sentenciabitur pro religiosis, et fiet inhibicio adversariis.

Item sunt desolate ville, que tamdiu sine habitatoribus fuerunt, quod omnibus et singulis agri eorum, quos in et circa prefatas villas habent, prout litteris et registris possunt probare, certive demonstrari non possunt. Iam quidem religiosi de observancia in vicino habitantes habentesque eciam 25 agros in et circa prefatas villas desolatas, nec tamen certitudinaliter seu sulcatim scientes eorum agros ibidem, sed quia in antedictis locis agros habent, prout litteris et instrumentis seu registris docere possunt, arant et seminant in illis locis desolatis indifferenter, sicut convenit ad eorum utilitatem. Et ideo aliqui alii in antedictis locis tenore litterarum suarum et registrorum agros habent, licet 30 eos certive et sulcatim demonstrare non possint nec eosdem colere, purgare ac seminare velint. Prohibent tamen et impediunt religiosos predictos de observancia a cultura eorundem sic desolatorum agrorum, licet consimile ius, ut speratur, habeant in predictis agris. Ipsi tamen religiosi non prohibent quemquam sepeditos agros colere volentem, dummodo ibidem aliquod ius ipsum constet habere. Queritur ergo, an prefati taliter ignorantes certitudinaliter et sulcatim agros suos in et circa 35 prefatas villas valeant impedire de iure et prohibere alios a cultura eorundem agrorum, eo quod ipsi eciam certitudinaliter ignorant sulcatim agros suos. Item an propterea hii cultores debeant et teneantur dimittere agros suos, licet incertos, sine cultura, quia alii agros suos ibidem, licet eciam incertos, colere nolunt.

Iuxta casum videtur, quod agri illi sint communes omnibus illis, qui ius in illis confusis habent, sive hoc fortuitu acciderit, quod confusi facti sunt, ut est textus Institutionum De rerum divisione § 'Si duorum materie'.⁴⁾ Unde ipsi religiosi possunt alios facere vocari in ius, qui se agros confusos habere pretendunt, et actionem communem dividendo contra eos proponendo divisionem. Et stabitur hoc casu arbitrio iudicis, qui estimabit, quem agrum quisque pro suo habere debeat, ut patet ibidem in § 'Quod si frumentum'.⁵⁾ Verum tamen si religiosi vellent utilitatem propriam in agris confusis 45 sibi solum usurpare, tunc non recte agerent, sed competenter aliis actio, ut in § 'Si in

²⁾ c. 10 X de decimis III 30.

³⁾ c. 21 X de verborum sign. V 40.

⁴⁾ Inst. 2.1.27.

⁵⁾ Inst. 2.1.28.

ter⁶, Instit. De obligationibus quasi ex contractu.⁶⁾ Tenentur enim aliis ius tale, ut ipsi habentibus deductis oneribus et expensis de fructibus divisionem facere. Unde consultum videtur, quod religiosi arbitrio iudicis agros discerni procurent. Et si hoc fieri non potest, tunc offerant aliis simile ius habentibus, aut quod communibus impensis agri colantur et fructus dividantur. Quod si nec hoc fieri poterit, offerant, quod alii 50 colant et deductis impensis fructus dividantur. Et si recusaverint, non obstante prohibicione colant indifferenter et deductis impensis se offerant ad divisionem fructuum simile ius habentibus pro rata iuris.

Item si religiosi sepediti ab huiusmodi cultura prohiberi de iure non possint, queritur, quomodo valeant obviare huiusmodi molestacionibus et prohibicionibus.

55

(Keine Antwort.)

Item queritur, an sepediti religiosi teneantur alicui dare censum aut quodcumque aliud emolumentum de pretactis agris sic per eos in desolatis locis, ubi agros habent incertos, cultis et seminatis. Quod si non tenentur, quomodo et qualiter tunc secundum iusticiam parti adverse debeat obviare, illo attento quod nec ipsi religiosi nec quicumque alii certitudinaliter agros suos possint demon- 60 strare.

Posset aliquis ius percipiendi censum habere ex agris, qui coluntur, licet interpolate, et agri sint confusi, et solvi deberet, sicut in servitutibus aliis, que non habent continuam causam, determinatur.

Item ex quo decimatores circa prefatas desolatas villas ignorant, qui agri liberi sint et qui deci- 65 mandi, queritur, quid predictis religiosis, qui huiusmodi desolatarum villarum agros suos, licet incertos, colunt et seminant, faciendum sit et respondendum decimatoribus.

Agri omnes quoad solvendam decimam eque liberi sunt, et eius serviles de iure reputantur, ita quod allegans agrum liberum hoc probare tenetur, cum de iure presumi debeat contrarium. Ideo dare decimam religiosi tenentur ex illis agris, nisi sint privi- 70 legati specialiter vel generaliter nomine novalium, puta si ager ille in hominum memoria non fuit cultus etc. De quo in c. 'Quid per novale' De verborum significacionibus.⁷⁾

Item an in locis, ubi in xl annis non est percepta decima, valeat prescripcio.

Non currit prescripcio contra ius divinum de solvendo decimam realem etc.

75

46 quasi ex: extra quasi.

⁶⁾ Inst. 3.28.3.

⁷⁾ Wie Anm. 3.

1451 August 10, Seitenstetten.

Nr. 1602

Kundgabe der von NvK eingesetzten Visitatoren der Benediktinerklöster beiderlei Geschlechts in der Provinz Salzburg, der Äbte Martin von den Schotten zu Wien und Laurenz von Mariazell sowie des Melker Professmönchs Iohannes Slitpacher von Weilheim¹⁾ in Vertretung seines Abtes²⁾, über die Visitation des Klosters Seitenstetten.

Vorentwurf: CAMBRIDGE (Mass.), Harvard University, The Houghton Library, Ms. lat. 162 f. 49^r-54^r; bis 1938: MELK, Stiftsbibl., Hs. 862 (843/P 33) f. 223^r-227^v (s.o. Nr. 1546).

Wie schon Zibermayr, Johann Schlipachers Aufzeichnungen 269, bemerkte, hat dieser in dem ihm vorliegenden Text für Göttweig "Göttweig" durch "Seitenstetten" ersetzt und die Datierung für Seitenstetten hinzugefügt. Doch konnte der sich auf speziell Göttweiger Sachverhalte beziehende Text (z.B. Nennung einzelner